



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

11. Qui maior est vestrum, minister vester erit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

stores nunquam desint. Vnde alibi S. Augustinus. Epi. 166.
*Celestis magister de malis Praepositis securam suam plebem
 fecit, ne propter illos doctrina salutaris Cathedra deserere-
 tur: in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque
 enim sua sunt que dicunt, sed Dei, qui in Cathedra unitatis
 posuit doctrinam veritatis.* Hæc ille. Vide eundem
 in libro de Pastoribus cap. 10. & contra Petilia-
 num libro 2. cap. 61.

11. *Qui maior est vestrum, minister vester erit.*

QVVM doceat hic locus, eumque semper
 Ecclesia sic intellexerit Catholica, sum-
 mam in Ecclesia dignitatem non impe-
 rium esse tyrannicum aut profanum, ubi stat pro-
 ratione voluntas, sed ministerium ad vtilitatem
 populi Dei, idemque summus in Ecclesia Dei
 minister aptissimo titulo à multis iam seculis
 professus fuerit, vocans se *seruum seruorum Dei*;
 profanus Calvinus, cui omnia Catholice Ecclesie
 displicent, hunc ipsum titulum, hoc maxime
 Christi verbo fundatum, ore rabido atrodit. *Quid*
 (inquit) *prodest quòd Papa tyrannicis legibus oppressurus*
miseras animas, se seruum seruorum Dei prafatur, nisi vt
palàm insultet Deo, & hominibus probrose illudat? Hæc
 ille. Quid verò prodest quòd superbus & male-
 sanus hæreticus Calvinus, tam innumeris Scri-
 pturæ Evangelicæ corruptelis oppressurus mise-
 ras animas, se ministrum verbi venditat, & supremo
 in Ecclesia Christi Sacerdoti impuro ore maledi-
 cit, nisi vt palàm insultet Christo, qui Petro dixit,
Pasco oues meas, & in vna Petri Cathedra vnam Eccle-
siam suam monstrauit, & omnibus hæctenus Chri-
stianis probrose & impiè illudat, qui à tot iam
seculis huius Sedis Apostolicæ primatum cõstan-

Calu-
 nia Cal-
 uini pro-
 brosa.

Ioan. 21.
 Cyprian.
 in lib. de
 unitate
 Eccl. 1.

ter & vnanimiter agnouerunt. Quomodo autem intelligenda sunt illa Christi verba, *Qui maior est vestrum, minister vester erit*, supra ad Matth. cap. 20. explicatum à nobis est, vbi eadem doctrina à Christo latius tradita, à Caluino quoque corrumpitur & impugnatur.

15. *Circuitis mare & aridum vt faciatis vnum profelytum; & cum factus fuerit, facitis eum filium gæbennæ duplo quam vos.*

Maledictus
Caluini
calamas.

TORQVET hunc locum Caluinus contra Monachos, quos ait sedulè vndique profelytos corradere, sed quos ex lasciuis & impure vitæ hominibus reddant profus diabolo. Maledictum hoc est è triuio arreptum, & panico hæretici hominis furore dignum. Cæterum res ipsa omnium oculis exposita loquatur, an non multo verius in nostri temporis hæreticos hæc verba quadrent. Audiamus hac de re proprias ipsorum confessiones, ne simulatis aut alienis eos criminationibus grauare videamur. Lutherus ad nouum suum Euangelium corrasit quos poterat. Quales illi accepta Lutheri doctrina euaserint, ipse loquatur Lutherus. *Mundus* (inquit) *indies fit deterior. Sunt enim homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis inmodesti, & indisciplinati, multoque deteriores quam fuerunt in Papatu.* Hæc ille. Accedat alius & primarius Lutherane sectæ Magister, Musculus. *Ita nunc sunt* (inquit) *res Lutheranorum, vt si quem magnam numerum nebulonum, prædonum, vltorum, impostorum, sceneratorum, atque id genus veteratorum videre iuuet, is in ciuitatem, in qua Euangelium docetur, introeat: plurimos nimirum illo in loco inuenit. Et paulo post. Verum est certè, siue inter et bñicos, siue*

Protestan-
tium im-
punitas
teste Lu-
thero.
In serm.
Dom. 1.
Aduentus
in Postilla
dome-
stica.
Musculi
de eodem
testimo-
nium.
In lib. de
Prophetia
Christi.